

Bannitio monete Ducis Prussie e
Regno Polonie

Sigismundus Primus Rex Polonie

Significamus tenore pntium universis. Cum ex mul-
tiplicata moneta, plurimum ad Regnum nostrum de-
trimenti pervenit, qua non aliunde multiplicata magis
est quam ex eo quod Illustris Dominus Albertus
Marchio Brandenburgiu, in Prussia Dux, Nepos
nostrer Charissimus, postquam nos ipsi videre moneta
desimus, tot edictis et denuntiacionibus nostris de
sentencia et consilio omnium Regni nostri ordinu
factis, adduci non potuit, ut quam ad rem exemplo
etiam nostro erat innulatus ab ea videnda superse-
deret, habita cum Regni nostri Consiliaris matu-
ra deliberatione, quemadmodum providere possit, ne
plus etiam deinceps ex hac tanta moneta multitu-
dine quam summam propterea vititas est consecuta,
Regnum nostrum detrimenti caperet, solam hanc
rationem invenimus, ut edicto nostro caveremus,
ne quis ea in posterum in Regno nostro uti au-
deret. Quoniam vero repente adeo usum illius in-
terdicere, absq gravi multorum iactura non potui-
mus, certum tempus prescribendi duximus, intra
quod providere omnes teneantur, ut omne moneta
genus, quod vidit Illq Do Prussia Dux, ex fini-
bus Regni nostri exterminetur. Quamobrem manda-
mus pntibus Literis nostris Universes et Sin-
gules cujuscumq status et conditionis fuerint,
ut quidquid habuerint moneta ex officina Illq
Do. Alberti in Prussia Ducis Nepotis nostri
Charissimi, id omne ante Festum divi Michaelis
proximum, qua possint ratione exportant e Regno

nostro
}

87
nostro curent. Quod si qui citra incommodum suum fa-
cere non possunt, tum Cracoviam ad officinam Nostram
ejusmodi monetam comportent, justum
pro ea pretium accepturi. Quod si quis post Fe-
stum Divi Michaelis proximum eam habere de-
prehensus fuerit, ubicumq; reperta erit, eam in commissi
causam cecidisse decernimus, et fisco Nostris volumus
applicari. Nisi forte in his Comitibus que proxime
in Regno Nostris habebuntur aliquid erit aliud
consultum in eos qui edictum hoc Nostrum violare
ausi fuerint. De ea vero moneta, quam Il-
lustres Dni Joannes Marchio Brandenburgensis
et Fridericus Dux Legnicensis viderunt, quod
quid edictum fuit auctoritate Nostra promulgatum,
ne quis ea in Regno Nostris uteretur, id ratum
esse et iterari volumus, Quod si quis vero circum-
ventus fuerit ne majus ex ea detrimentum pa-
tiatur, volumus ut ante Festum Divi Joannis
Baptiste, eam ad officinam Nostram moneta-
riam pferat, pro singulis grossis quinq; terranis
accepturus. Quod si qui ea uti post Festum
Divi Joannis voluerit, in eos pena falsi a-
nimadvertemus.